UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXXII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

dictum, uel ad longum tēpus, quam cōtractui emphyteotico, primo quia pro penſione nō ſoluitur qd minimum annuatim, ſed magna frumēti quantitas correſpondens fructibus molendini, nec aliqd ab initio pro inueſtitura datum fuit, ſed ſimpliciter conceſſio gratis facta fuit ſub certa pēſione in quantitate pecuniæ, & in ſpecie nō conſiſtēte, ex quibus potius naturæ contractui ſimplicis locationis conuenire, & aſſimilari uidetur, ut doc. magis cōmuniter poſt Bart. in d.l.1. & in aliis locis ſupra relatis fateri uidētur, ergo ſicut in cōtractu locationis ad modicum, uel ad longum tēpus locator propter ſterilitatē remiſſionē facere tenetur, ut dictum fuit, & uolūt doc. cōmuniter in d.l.1. & præcipuè Iaſ. ibi in vlt. notabili, ac etiam in gloſ.3. dum quærit, an contractus emphyteoticus à contractu locationis ad longū tēpus differat, ita erit in caſu noſtro dicendū, in quo fuit ſterilitas, ex quo nō fuerunt percepti fructus ſoliti, ſed minores, & pauciores, quàm eſſet dimidia, quinimmò tot nō fuerūt percepti, ex qbus dimidia penſionis debitæ ſolui poſ-
12 ſet. † Ex quibus colligitur, magnā fuiſſe ſterilitatem, per ea, quæ uoluit Bar. in l. licet. C. loca. in l. ex conducto. §. 1. & in l. ſi merces. §. uis maior. eod. tit. & habet in d.c. propter ſterilitatē. extra de locato. ¶ Vltimo ui-
13 detur dicendū, † ꝙ ultra fructus, & redditus ex molendino perceptos hæredes cōductoris aliquid ultra præſtare nō teneantur, ſed duntaxat frumētum, quod ex molendino annis elapſis fuit perceptum, ut colligit ex verbis inſtrumēti, quibus dicitur, ꝙ conductor ſingulis annis dare promiſit nonaginta ſextaria frumēti in dicto molendini de frumēto proprio moliturarum eiuſdē molendino, & ſic de frumēto, ſeu de fructibus molendini facta eſt mētio per modū taxationis, & nō demonſtrationis, quod patet, qa in una, eadēq; oratione facta eſt mētio de pēſione ſoluenda de frumēto molendini iuxta not. per Bar. in l. inter ſtipulantē. §. ſacram. ff. de verb. oblig. per Paul. de Caſt. in conſ. 327. lib. 1. ſecūdū numerū meū, aliàs eſt in cōſi. 51. incip. quia exceptiones, per Felin. in c. ad audientiam. il 2. col. 7. de reſcrip. & in c. ſuper literis ibi quarto limita, eo. tit. & per dominos de Rota in deciſ. 869. incip. pro aniuerſario, in antiquis. Ex quo infertur, ꝙ hæredes conductoris pro annis præteritis, in quibus fuit ſterilitas, non fuerunt obligati pręſtare, niſi illud frumentū, quod ex molendino perceptum fuit, & nō aliud, & ſi nihil fuiſſet perceptum, nihil præſtare debuiſſent, & ſi modicū, illud modicum ad tradita per Felin. in locis præallegatis, per Pau. de Caſt. in d. conſ.
14 & per Bart. in d. §. ſacram. † Compenſari tamē debet ſterilitas cum vbertate aliorum annorū, quia ſi annis prius elapſis, uel ſequentibus fuerit fertilitas, & ubertas, tunc ſuppleri debet illud frumētum, quod minus fuit ſolutum, ex fertilitate, & ubertate aliorū annorū, arg. l. ſi uno. in princi. ff. locati. & in terminis habetur per Paul. de Caſt. in d. conſilio, & refert, ac ſequitur Felin. in d.c. ad audientiam. col. 7. facit d. §. ſacram. ibiq; Bart. & eſt bonus tex. in l. firmo. §. hęc verba. ff. quādo dies leg. ced. & hoc ſequuntur Cyn. & Petr. in l. ſi quis argētū. C. de dona. in fi. Non aliter ergo cōductor, uel eius hæres penſionē annorū præteritorū ſterilium de redditibus, & frumenti dicti molendini annorum ſequentium ſupplere tenetur, niſi conſtet annos ſequētes fuiſſe, & eſſe uberes, ac fertiles, ſicut dicitur in d.l. ſi vno. in prin. cum ibi not. per glo. & doc. in d.l. ſi merces. §. uis maior. in l. licet. C. locati. & plenè habet. in d.c. ꝑpter ſterilitatē. per Imol. Abb. Ant. &
15 alios, † qui magis cōiter velle uidentur, ꝙ annus fertilis, & uber dicatur, quando ultra ſolitos redditus ipſe conductor in ſequentibus annis ex re conducta tm̄ perciperet, quantum ſi id ſolum percepiſſet, læſus ultra dimidiam penſionis iuſtę diceretur. Vel ... alios annus fertilis, & uber dicetur arbitrio ... & attento cōmuni uſu loquendi, ſicut ... de anno ſterili iuxta ea, quæ habentur in d. ... ior. & melius in d. cap. propter ſterilitatem ... ergo, & fertilitas annorū ſequentium deber... ri ad hoc, ut hæredes conductoris in caſu ... gram penſionem annorum præteritorum ... ſupplere teneantur, & non aliter, & cū non ... tas, neq; fertilitas contigerit, ipſi ad præſt... græ penſionis pro annis præteritis oblig... tur. Ex prædictis itaq; manifeſtè colligit... caſu; in quo remiſſio fieri debuit. ¶ Et i... trarium adduci poſſent, ex omnibus præ... ſum patet, & in primis textui in d.l.1. & in ... que. & aliis etiam, quibus in ſpecie reſp... in dicto conſi. 112. ubi dicit hanc opinion... rem, & probabiliorem, tum quia iure pro... detur text. in d.l. ſi uno. in princi. ibi uectig... forma. in princ. ff. de cenſibus. iuncta rub... ager uectig. uel emphyt. pet. cum ibi not... rationibus ſupradictis, & alijs ab Alexand... tis fundatur, necnon auctoritatibus doctor... allegat, corroboratur. Et cum hæc opinio ... æqua, ita concludendū eſſe arbitror. Laus D...

S V M M AE.

1 *Diſpoſitio facta de aliquo, ut filio, uel ut fratre, ſi non ... frater, vitiatur, & non valet.*
Quod declaratur, & limitatur nu. 6. & 8.
2 *Demonſtrationes appoſitæ in perſona honorata, quæ ... conſanguinitatis, vel affinitatis ſignificatiuæ, ... ſæ, diſpoſitionem vitiant.*
Quod declaratur, & limitatur num. 6. & 8.
3 *Diuidentes bona ſibi ab eccleſia ad longum temp... licentia, & requiſitione eccleſiæ à iure ſuo ceci...*
4 *Et renunciando ſibi inuicem omni iuri, quod alter ... rius habebat, portio defuncti ad eccleſiā domin...*
Et an hoc uerum ſit, nu. 12.
5 *Vſumfructum habens in fundo titij ſi illi renunc... ad dominum ſui natura reuertitur, & cum propriet... re conſolidatur.*
6 *Diſpoſitio facta de aliquo, vt filio, valet, licet non ... nepos ex filio.*
7 *Filij appellatione quandoq; etiam nepos ex filio ...*
9 *In locatione de re eccleſiæ ad longum tempus facta ... ſuis, illos nominatim exprimendo, filij poſt mortem ... dine ſucceſſiuo in iuribus, & non pro hæreditar... uocati cenſentur.*
10 *Et ſi facta fuerit pro ſe, filijs, & nepotibus, nepotes ... filiorum in ſtirpes ſuccedunt, & in locum patrum ... rum admittuntur.*
11 *Locatio de re eccleſię facta ad vitam aliquorum, ſeu in ... & ſecundam generationem ſimilis eſt locationi ... ſim, & ea quoque alienationem ſapit.*

E P I T O M E.

Locatione ab eccleſia de aliqua re ſua ... ad ipſius Titij, & Franciſci, Philippi, & Gaſp... rum filiorum vitam naturalem, & poſt mortem ... tij eadem re à dictis Franciſco, Philippo, & ... uti fratribus, & filijs Titij ad eorum uitam natur... ſimiliter cōducta, mortuo Frāciſco, alteri ... lippum, ſiue nō ſit uerè filius Titij, ſed eius ... Franciſco filio, ſiue uerè ſit filius, ad partem ... ꝑdefuncti unà cū Gaſpare tàm ex prima, qu... cunda locatione admittēdum eſſe hic prob... obſtante etiā diuiſione inter ipſos de dicta re ... ſine licētia eccleſiæ facta cū renūciatione ...

iurium, quæ alter in portione alterius haberet, ſeu ha-
bere potuiſſet.

CONSILIVM CXXXII.

FActa fuit locatio à monaſterio Venturæ
de quibuſdam bonis immobilibus ad ip-
ſius, & Franciſci, Philippi, & Gaſparis filio
rum ſuorum uitam naturalem pro certo
annuo affictu, ut in inſtrumento dictæ locationis ha-
betur, deinde poſt mortem dicti Venturę præfati Frã
ciſcus, Philippus, & Gaſpar uti fratres, & filij dicti Vẽ
turę ad eorum uitam naturalem renouando à dicto
monaſterio conduxerunt cum pacto, ꝙ portiones p̃
cedentis, ſeu prædecedẽtium ſuperuiuenti, ſeu ſuper
uiuentibus accreſcerent. Poſtea dicta bona æquali-
ter inter ſe diuiſerunt, qua diuiſione facta Franciſcus
mortuus eſt, ob cuius mortem nunc dubitari cõtin-
git, an dictus Philippus unà cum Gaſpare ad portio-
nem dicti Franciſci admittatur; & quia duæ reperiun
tur locationes ad uitam naturalem dictorum nomi-
natorum, ut ſupra, factæ, uidendum eſt, an Philippus
ex utraque poſſit admitti, & unamquamque de per ſe
tangendo, uidetur, ꝙ Philippus non poſſit dici uoca-
tus ex prima locatione facta Venturæ pro ſe, Franci-
1 ſco, Philippo, & Gaſpare eius filiis, † quoniam ex quo
Ventura conduxit pro Philippo uti eius filio, & quẽ
eius filium eſſe credebat, & prout in dubio credidiſſe
præſumitur, ex quo ipſum nominauit filium argumẽ
to eorum, quæ uoluit gl. in l. nemo. & ibi doct. in fi. ff.
de hæred. inſtit. & cum re uera ipſe Philippus non eſ-
ſet eius filius, ſequitur, ꝙ ex diſpoſitione ꝑ ipſum Vẽ
turam facta pro dicto Philippo ſub demonſtratione
falſa filiationis, Philippus non poteſt dici uocatus, &
talis diſpoſitio reſpectu ipſius Philippi non ualuit ꝑ
tex. in l. quoties. in prin. ff. de hæred. inſtit. & l. ſi pater.
C. eodem tit. & dicit Bar. quem alij ſequuntur, in l. 1.
2 ff. de cond. & demõſt. † ꝙ demonſtrationes appoſitæ
in perſona honorati, quando ſunt alicuius cõſangui
nitatis, uel affinitatis ſignificatiuæ, ſi reperiantur fal-
ſę, uitiant diſpoſitionem, ut quando demõſtratio fit
per filiationem uel fraternitatẽ: & ratio eſt, quia hæc
adiectio, ſeu demonſtratio facta per nomen filij, ſeu
fratris quandam cauſam finalem inducit, ex qua in-
fertur, ꝙ niſi eſſet filius, uel frater, diſponens ſic nõ re
liquiſſet, aut illi non prouidiſſet: & ideò ſi talis demõ
ſtratio ſit falſa, diſpoſitio in totum uitiatur, quia ceſ-
ſante cauſa finali ceſſat diſpoſitio c. cum ceſſante. de
appellationibus. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patron.
Quod ſecus eſſet in aliis adiectionibus, ſeu demõſtra
tionibus factis per alia nomina adiectiua, ut ſi dicere
tur, lego Titio albo, uel nigro, nam talis adiectio, &
demonſtratio cãm finalẽ in ſe non cõtinet: & iõ tũc
diſpoſitio ualeret, quamuis demonſtratio falſa eſſet.
Sed ubicunque appareret teſtatorem, ſeu diſponentẽ
non legaturum, ſeu non prouiſurum, ſi demõſtratio-
nem falſam eſſe ſciuiſſet, tunc diſpoſitio ex falſa de-
monſtratione uitiatur. l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc
ſummam. cum gl. ff. de uerb. obli. & Bal. in l. cum pro
ponas. in fi. 2. colum. C. de hæredib. inſtituen. inquit,
q æſtimata cõiũctio teſtatorẽ, ueriſimiliter trahit ad
inſtituendũ, ſeu ꝓuidẽdũ illi, cui aliàs nõ erat ꝓuiſurus,
arg. l. cũ alienã. C. de legatis. Nec obſtat. l. falſa demõ.
ratio. in prin. ff. de cõd. & demõ. & l. nemo. in fi. ff. de
hæredib. inſtituend. quia ſecundum gloſam. in d. l. fal
ſa, quam ſequitur Bart. in d. l. demonſtratio. ibi teſta-
tor non errando nominauit filium, ſeu fratrem, quẽ
non eſſe filium, ſeu fratrem ſciebat, & ſic conſtabat
teſtatorem non erraſſe, ſed in dubio præſumitur er-
raſſe, & credidiſſe illum eſſe filium, ſeu fratrem, quẽ
ſic nominauit, & conſequenter diſponentem ex illa
cauſa finali motum fuiſſe, ut eſt glo. notabilis. in d. l.
nemo. Et per hanc rationem uidetur dicendum, ꝙ ip
ſi Philippo etiam ex ſecundo locatione per monaſte
rium facta Philippo uti fratri dictorum Franciſci, &
Gaſparis nullum ius ſit acquiſitum, quoniam cum in
demonſtratione per nomen conſanguinitatis facta
erratum fuerit, & demonſtratio illa falſa fuerit, diſpo
ſitio quoad ipſum non ualuit per dictam l. quoties. in
prin. & per ea, quæ uoluit Barto. in d. l. demonſtratio
falſa cum ſimilibus. Pręterea uidetur etiam, ꝙ reſpe-
ctu ſecundæ locationis prędictæ, Philippus nihil pete
re poſſit, & tàm portione ſua, quàm iure aliquid de
portione alterius prædecedentis acquirẽdi priuatus
3 dicatur, † quoniam, ut in facto præſupponitur, iſti fra-
tres, quibus locatio, & conceſſio facta fuit bona con-
ceſſa abſque licentia, & requiſitione eccleſiæ inter ſe
diuiſerunt remittendo inuicem omne ius, quod eo-
rum quilibet habet, uel habere ſperat, per quam diui
ſionem ſic inuicem factam dicta bona ad eccleſiam
reuerſa dicuntur, quia diuidendo, irrequiſita eccleſia
Philippus, & alii à iure ſuo cecidiſſe dicuntur cum di
uiſio ſit alienatio l. 1. C. communia utriuſque iudic.
ergo diuidentes à iure ſuo ceciderunt. l. fi. C. de iure
emphyteot. capi. potuit. de loca. & not. in l. codicillis.
4 §. inſtituto. ibique Doctores. ff. de legat. 2. Item † quia
per dictos fratres conductores diuidentes renuncia-
tum fuit iuri, quod alter in portione alterius habebat
ratione cuius abdicationis, & renunciationis portio
Franciſci defuncti dicitur ad eccleſiam reuerſa, poſt-
quam hi ſuperuiuentes ad inuicem à ſe abdicarunt
ius, quod in portione alterius habebant, non autem
contingit hoc ratione pacti inter eos tempore diui-
ſionis facti, ut ex eo actio, ſeu exceptio eccleſiæ acqui
ratur, quia ſua non intererat eccleſiæ acquiri. l. ſtipu-
latio iſta. §. alteri. ff. de uerborum obligat. & ad not.
per Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 10. q. ff. de
5 uerborum oblig. Nam † & ſi tu haberes uſumfructum
in fundo Titij, illique renunciares, licet tua non in-
tereſſe acquiri domino, tamen quia à te uſumfructũ
abdicas, is ad dominum ſui natura reuertitur, & cum
proprietate ipſo iure conſolidatur, ut arg. l. idem ne-
ratius. §. non ſolum. ff. de uſufruc. accreſcen. & in §. fi-
nitur inſtitu. de uſufruc. & probatur in c. 1. de eo, qui
fin. fecit agna. de feu. pater. in uſu feudo. ubi caſus eſ-
ſe uidetur, & ita tenet Paul. Caſt. in d. §. duo fratres.
¶His tamen omnibus non obſtantibus, contrarium
eſſe uerius indubitanter arbitror, ꝙ ipſi Philippo ius
in dictis bonis fuerit acquiſitum, tàm ex prima, quàm
ex ſecunda locatione, & conceſſione prædicta. Ad
6 quod dicendum moueor, quia † quando falſa demõ
ſtratio, quæ ſit per nomina conſanguinitatem deſi-
gnantia, non eſt omnino falſa, ut quia certo reſpe-
ctu uerificari ualeat, tunc diſpoſitionem non uitiat,
ſi de corpore conſtat, ita dicit Ioan. de Imol. per il-
lum tex. in d. l. nemo. in fin. & exemplificari poteſt in
eo, qui ſciebat aliquem nõ eſſe fratrem ſuum, quem
tamen fraterne amabat, & illum, ut fratrem, ſeu eũ
denominando fratrem, inſtituit, quia ualet inſtitu-
tio. Sed in caſu noſtro, poſito, ſed non conceſſo, ꝙ
Philippus non eſſet filius Venturæ, ſed nepos eius ex
filio, ut pars aduerſa aſſerit, tamen ex quo Ventura
ipſum vt filium in contractu conductionis uocauit,
ſtipulando pro ipſo Philippo, ut filio, qui tamen nõ
erat filius, ſed nepos ex filio, ſtipulatio, & diſpoſitio
pro Philippo facta ualere debet, ex quo de corpore
conſtabat, quia hæc falſa filiationis demonſtratio
aliquo reſpectu uerificari poterat, tum quia erat ne
pos ex filio, qui in locum filii ſuccedit, & locum fi-
lii obtinet, ut in §. & quia & in §. 1. Inſtitu. de hære.
quæ ab inteſta. & in §. 1. Inſtitut. de hæred. qual. &
7 diffe. tum quia † appellatione filii quandoque etiam

nepos ex filio continetur, etiam propriè loquendo,
uel ſecundum aliquos ſaltem ex impropria ſignifica-
tione, & ex quadam interpretatione extenſiua. l. libe
rorum. cum ibi plenè not. per Bart. ff. de uerbo. ſigni-
ficat. ex quibus ſequitur, ꝙ ſtipulatio, & conceſſio fa
cta etiam reſpectu Philippi ualuit, & ex illa ipſi acqui
8 ri potuit. ¶ Præterea † ex quo in caſu noſtro Ventura
ſciuit Philippum non eſſe filium ſuum, ſed nepotem
ex filio, & ipſum nominauit filium fortè ob amorem,
quo illũ proſequebatur, qa filos græcè dicitur amor,
ut in d. l. liberorum. ibiq; Bar. ob hoc diſpoſitio reſpe
ctu ipſius Philippi uitiari non debet, arg. d. l. nemo. in
fi. & ita eſt de mente gl. in d. l. falſa demonſtratio. cũ
qua doctores, & maximè Bar. in d. l. demonſtratio per
tranſeunt. & hoc etiã expreſsè uoluit Ioan. de Imol.
in d. l. nemo. in gl. fi. ubi ſecundum ipſum conſtare, &
probari dicitur, quòd ſciuerit illum non eſſe filium,
ſeu fratrem ſuum, ſi probetur, quòd erat publica uox,
& fama ĩ uicinia, quòd non eſſet eius filius, ſeu frater,
nam propter hanc publicam uocem, & famam diſpo
nens præſumitur ſciuiſſe illum non eſſe filium, ſed ne
potem, argumẽto eorum, quæ uoluit gl. in l. ſi tutor.
C. de pericu. tut. & Bar. in l. is põt. ff. de acquir. hæred.
& per id, quod habetur, in c. 1. extra de poſtula. præla.
Probatur etiam ipſum ſciuiſſe, illum nõ fuiſſe filium
ſuum, ſed nepotem ex aſſidua conuerſatione, quam
Ventura cum dicto Philippo, ſicut cũ aliis filiis ſuis
habebat per ea, quę not. dixit Bal. in l. quoties. in prin.
& ibi refert, ac ſequitur Ioan. de Imol. ff. de hæred. in-
ſtit. per l. tutela. C. de reſtit. in integr. & l. octaui. ff. un-
de cogna. cũ igitur Ventura ſciuerit Philippum non
eſſe filium, ſed nepotem, & pro ipſo ſub demõſtratio
ne filiationis fuerit ſtipulatus, ac de corpore conſtite
rit, quia non fuit erratum in corpore, ſed ſolum in de
monſtratione, quæ tamen aliquo reſpectu uerificari
poteſt, ut dixi, ſequitur, quòd conceſſio, & locatio ẽt
9 reſpectu Philippi ualuit. ¶ Rurſus † ſi p̃ſupponamus
Philippum fuiſſe filium Venturæ, prout in ueritate
fuit, & in dubio eſt præſumendum, ex quo ſic in pri-
mo, & in ſecundo locationis, ſiue cõceſſionis inſtru-
mento iurato nominatus fuit, pro quo in dubio præ-
ſumitur, & cui ſtandum eſt, iuxta ea, quæ habentur in
l. cum precibus. C. de probatio. & in c. cum Ioannes.
de fide inſtrum. ex quo Ventura fuit pro ſe, & pro Frã
ciſco, Philippo, & Gaſpare filiis ſuis ſtipulatus, ipſi fi-
lij poſt mortem Venturæ ordine ſucceſſiuo in uirili-
bus, & non pro hæreditariis portionibus uocati cen-
ſentur, cum ſimus in iis rebus, quæ ſui natura non trã
ſeunt ad hæredes, ut hæredes, ſed ad ipſos, ut ad filios,
uidelicet in rebus eccleſiæ ad lõgum tempus locatis
ad ea, quæ habentur in capit. in præſentia. de proba.
& per Bartol. quem alij communiter ſequuntur in l.
gallus. §. quidam rectè. ff. de liberis, & poſthumis. in l.
patroni. ibique Alexand. ff. ad trebellianum. & in l. ut
iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de operis libertorum. & tan
to magis hoc dicendum eſt in caſu noſtro, ex quo Frã
ciſcus, Philippus, & Gaſpar poſt mortem Venturæ
fuerunt dicta bona ſimul, & ſic uiriliter ſtipulati, &
conduxerunt, prout à principio ipſis fuerant acquiſi-
ta mediante ſtipulatione Venturæ eorum patris, per
quam acquiſitionem, & ſtipulationem poſt mortem
Venturæ per ipſos factam cenſentur ratificaſſe id, qđ
à Ventura ipſorum nomine factum fuit: & ideò eo
modo, quo per Venturam fuerat ipſis prouiſum, di-
citur illis poſt eius mortem acquiſitum per ea, quæ
uoluit Alexand. poſt Bartol. in l. ſi mihi, & titio. ff. de
10 uerborum obligatio. Si uerò † præſupponamus Phi-
lippum fuiſſe nopotẽ Venturæ natum ex Franciſco,
ueluti aduerſarij aſſerunt, tunc ipſe Ventura ſtipulã
do pro ſe, & pro Franciſco, & Gaſpare filiis, ac pro

Philippo nepote ex Franciſco, dicitur his bo[illegible]
bona acquiſiuiſſe ordine ſucceſſiuo, ut primo
tur acquiſita Venturæ, deinde filiis Venturæ
nepoti Philippo, qui in locum Franciſci
bet admitti, & uocari ad portionẽ patris
locum ſucceſſit, ſeu ſuccedere debet, ut
Alexand. & cõmuniter alij, in d. §. quidam
propriè formant quæſtionem, quando pa
tus fuit emphyteoſim eccleſiaſticam pro
nepotibus ſuis, & concludunt, filios poſt
tris, & poſt filios nepotes in ſtirpes admi
parentum ſuorum decedentium ſucc
notabiliter voluit Angelus, & Ioanne
Alexan. Negari igitur in caſu noſtro nõ
Philippus ſaltẽ admitti debeat ad illam
ad quam pater eius Franciſcus fuerat uo
eſt ad dimidiam, cum ſecundum aduer
tantum eſſent filij Venturæ, & ipſe Phi
rit de expreſsè uocatis, qui ſi ut nepos Ven
te Franciſco eius patre, nõ potuit de iure
tem poſt eius mortem admitti debuit per
lunt Bartol. & alij in d. §. quidam rectè. &
te ſcribentium, maximè Imol. & Alexand.
11 in l. quòd dicitur. ff. de verborum obligatio.
uis doctores in locis præallegatis loquantur
phyteoſi, tamen idem eſt in locatione ad al
vitam, ſeu in primam, & in ſecundam gene
facta, quia talis eſt ſimilis locationi in emph
& ad illius inſtar, unde ita dicitur ſapere al
ſicut emphyteoſis, iuxta text. cum ibi nota
plenè dixi in c. nulli. de rebus eccleſiis non al
habetur per Bartol. in authen. quibuſcunq
ſacroſanctis eccleſ. glo. in clemen. 1. de re
non alienan. in §. perpetua. 10. quæſtio. 2
ſi quas. C. de ſacroſanct. eccle. & per Abbatem
peruenit. in 2. colum. extra de arbitris, &
d. l. codicillis. §. inſtituto. ff. de legatis ſecundo.
¶ Et ex prædictis colligitur reſponſio ad ea, quæ
mo loco in contrarium adducta fuerunt.
ſtat id, quod ſecundo loco dicebatur de diuiſione
ter ipſos Franciſcum, Philipum, & Gaſparem
12 quia † reſponſio colligitur ex iis, quæ
quem doctores communiter ſequũtur in d.
tres. in 10. queſt. nam fratres per diuiſionem
ad portiones ſuas non præiudicarunt, ut
ſiam reuerſæ dicantur, nec quoad portiones
deficientium, ut ibi latè volunt doctores
ter poſt Bartol. quos aliter non refero. Etiam
ad fauorem Philippi concludendum eſt, quod
tanquam frater Gaſparis, prout in ueritate
frater, uel ſaltem tanquam nepos Ventur
ex Franciſco ſit ad dicta bona unà cum Gaſp
mittendus. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Qualitas adiecta uerbo, debet ſecundum tempus uerbi*
2 *Ex perſona defuncti, vel alterius, cui ſucceſſit,*
iure illius, cui ſucceſſit, uti.
3 *Statutum ſuper aliquo diſponens, & aliquam præſuppo*
litatem, illa qualitate non concurrente, locum non hab
4 *Priuilegia, & immunitates ſimpliciter alicui conceſſa,*
ceſſæ ad hæredes non traſeunt.
5 *Priuilegium conceſſum à non habente ius ſtatuendi non*
6 *Nullitas nulla maior eſt illa, quæ ex defectu iuriſdictionis,*
competentiæ reſultat.
7 *Contractus, & pactum regulariter ad hæredes tranſeunt,*
tacitè, uel expreſsè ſint perſonalia.
8 *Conductio, ſiue locatio facta pro ſe, & alio quocunque*
minando, uel ſubrogando, niſi aliquis fuerit nomina
ſubrogatus, cum perſona conducentis finitur.